

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Compendium rhetorices - Cod. Ettenheim-Münster 305

[S.l.], [Anfang des 18. Jahrh.]

Dialogus de chria, eiusque partibus

[urn:nbn:de:bsz:31-131036](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-131036)

DIALOGUS DE CHRIA, EIUSQUE PARTIBUS.

Q. Quid est chria?

R. Est artificiosa oratio seu explicatio alicuius personae dictum vel factum vel utriusque simul apte referens.

Q. unde chria nomen suam traxit originem?

R. à verbo graeco *grammai*, quod idem apud graecos ac *utor* apud latinos significat. unde plurimi cum *triflari* hodie *chriam* latino vocabulo usum appellant, usum scilicet sermonis ad infirmandos mores utilem.

Q. quotplex est chria?

R. triplex: activa, verbalis, ac mixta.

Q. quid est verbalis?

R. verbalis, quam alij etiam orationalem, et alij logi-

cam appellant, est, qua gravis cuiusdam Personae dictum, sententia, vel aposthegma exponitur. quale est illud Seneca, nihil est tam acerbum, ex quo magis aring solatium capere non possit.

Q: quid est chria activa?

R: activa est, in qua proclara actio vel factam alicuius explaratur. Cuiusmodi est hoc: Illustrissimus Princeps Benedictus anno aetatis decimo tertio infans majoribus vastam exercitum ingreditur.

Q: quid est chria mixta?

R: mixta est, quae dictum simul et factam alicuius complectitur. quale est illud: Sancti Stephani Protomartyris dictum et factum, qui, dum à Iudeis lapidabatur, pro se orans fletit act. 7. v. 50. cum autem pro lapidantibus inimicis orare cepit, cum in genua se demisit, et voce magna ad Deum clamarit Domine ne statuas illis hoc peccatum v. 59. quod si ergo hoc impudissimi Martyris verba cum suo facto in chria materiam aspernare velles. Stationem illig ac genu flexionem, nec non orationem pro se, ac pro inimicis ad colum fusam unicum dicto exag-gerare et comendare deberes.

DE

DIVERTO CHRiarum Genere.

Q: quotuplicis generis est chria?

R: triplicis. scilicet demonstrativi, seu exornativi: deli-
berativi, ac judicialis.

Q: quonam est generis demonstrativi seu exornativi?

R: illa, in qua dictum vel factum vel utroq; simul lau-
datur, aut vituperatur.

Q: quo continetur sub genere deliberativo?

R: ea, in qua ex dicto, aut facto, vel ex utroq; simul relu-
cans virtus suadet, aut contra vitium fugiendum di-
suadet.

Q: quonam dicitur generis judicialis?

R: ista in qua dictum vel factum, aut utroq; simul accu-
satur, vel defenditur.

DE Partibus Chriae

Q: quod sunt partes chriae?

R: octo: scilicet exordium, paraphrasis, seu expositio,
causa, contrarium, simile, exemplum, testimonium,
Epilogus seu conclusio.

Q: suntne omnes recensito partes ad chriam necessarias?

R: non: sed pauciorib; constare possunt.

Q: quonam ergo ex istis possunt omitti?

R: hoc arbitrio cuiuslibet relinquitur modo afferatur, exordium cum propositione, vel hoc cum paraphrasi seu expositione, quo dictum, factumve fusius explanat. et dein una alterave pars, quo praelius propositum christi thema magis probare ac confirmare videtur.

DE EXORDIO CHRISIAE.

Q: quid est exordium?

R: Est lenior quidam ingressus ad reliquas christi partes, cui circa finem dictum, aut factum vel utramque simul tanquam propositio annectitur unde colligeri duas partes complecti christi exordium scilicet ipsum ingressum ad reliquam dictionem et propositionem bene connexam, quod consistit in dicto vel facto, aut utroque simul.

Q: unde materia exordij petenda?

R: ex iis omnibus, quos retuli in dialogo de exordiorum rationibus. ad quem te remitto, ne enim omnia ubique repeti possunt, ne tamen in hoc dicendi genere minus videatur, uno, alterove exemplo ostendam, qua ratione etiam circa aliquam determinatam sententiam, exordium variis modis formari possit. Sic igitur christi facienda de illo sermone effato nihil est tam acerbum, ex quo magis

animo solatium capere non possit. Itaque primo non in-
epte inchoares ponendo aliquam propositionem christo sco-
po contrariam, à qua facile ad ipsam sententiam accessus
fieri possit. qualis hoc esset, multi timent adversitates.

Q: quid ulterius cum hac vel simili propositione simp-
lici faciendum?

R: Da illi unam vel alteram rationem v: g: quia putant
adversitates plenas esse doloribus et tristitiis. deinde ra-
tionem confirma, vel etiam si videtur amplifica per
definitiones conglobatas v: g: Existimant enim hanc esse
letitiam naufragium morosis scaturigines dolorum ru-
brices. p.

vel adversitatum effectus membratice exponere v: g: Cu-
rant enim his adversantis fortuna telis omnem animi
jucunditatem expugnari, posterni vigorem mentium. p.

Ped quam graviter hi essent, a peste docet Seneca, vir-
tu eloquentia tum sapientia clarissimus, dum ait, nihil
est tam acerbum, ex quo magno animo solatium capere non
possit.

Secundo non male exordieris ab aliqua propositione
problematica, dando cuiuslibet parti breviter suas rati-
ones. Sit hoc in presenti proposito: nescio utrum Mayo-
rem animo letitiam afferre possit prosperitas, an vero
adversitas.

Ratio primo partis. Si communem vulgi sensum exquisito, videtur flare in favorem prosperitatis.

Confirmatio. patant enim plerique hominis felicitatem esse in delitiis, honoribus, voluptatibus, sanitate amicitibus, aliisque fortunae et corporis bonis, quibus absentibus simul animi vigorem demptum esse existimant. p.

Exornatio à definitionibus allegoricis. hos unice censent vitales esse spiritus, quibus animus ad alacritatem reviviscat, hos faventis coeli radios autem ant^{quibus} morosis chaos dissipet. p.

Transitio ad secundam partem, sunt tamen quam plurimi, et ij sapientes, qui majorem in calamitatibus solitiam reperiri judicant, quam in rebus prosperis.

Ratio: quorum mihi sententia tanto videtur verior, quam major est illorum sapientia, qui ultra communem vulgi sensum suas cogitationes elevant.

Transitio ad propositionem Christ. ex multis vobis unum adduco, cuius sapientiam transcripta prosperitatis emolumenta faciendiq; omni lingua eloquenter Seneca; hic, quid de calamitatibus sentiret, cum loqui, tum eruditissima illa sententia aperuit, quando dixit. nihil est tam acerbum. p.

Tertio. non minus exordium ducere potest ab aliqua propositione universaliter ~~descendendo~~ descendendo ad parti-

cularem, qualis in proferti materia, hoc est, calamitales, quod videntur amara, multum habent solatii: ab hac propositione ascende ad hanc universalem: multa sunt, quod, si primo considerentur intuitu profertiam suam non exhibent, imo inter res ceteras contemptibiles censenda videntur; si tamen atq; earum inspiciatur indoles tum latens pretium, et excellentia deprehenditur.

Amplificatio. ab inductione. sic sopsi sub deformi vultu pretiosus latet aning, sub vili palliolo magnus Philosophus, sub duro et amaro cortice dulcis nucleus, sub ignobili terro gleba nobilis gema. y.

Descende iam ad particularem hoc modo: Ita est, tam sub calamitatibus, quod rigidam prima fronte, et amaram exhibent faciem amara latent solatia, et genuino colitio uberrimi fructus. nolo, mihi fidem habeatis, audite Romanorum sapientis oraculum Senecam, Ita de hac re pronuntiantem nihil est tam acerbum. p.

Quarto. potes formare exordium ab aliqua propositione Baradoxa hoc est, prima fronte incredibile, qualis in thesi subiecta hoc esse potest: felicitatis genus esse infelicem fieri et veram solitiam vix alibi certius quam in calamitatibus reperiri.

Q. Sed quomodo hoc propositio est deducenda?

R: Ostende, dictam propositionem, quam vis incredibi-

lis compareat nihilominus Seneca, aliisque sapientibus
indubitatum videri, quod hoc vel simili modo proficere
poteris. v. g. vereor auditores, ne, si hodie vobis per-
suadere corarer, veram solitiam, vix alibi certius,
quam in calamitate reperiri, adeoque singulare felici-
tatis genus esse, fieri infelicem, modicam apud vos
oratio mea fidem esse impetratura.

Da rationem. Est enim hoc orbis totius iudicium,
calamitatibus exortam mentis indolem opprimi, et eam in-
qui solitiam, augeri curas, ingeminari dolores. y.
Amplifica inductione per figuram interrogationis.
enimvero quod si nec ex tenebris lucem, nec ex undis
flamas, nec ex spinis uras, nec ex pumice aquam nec
ex arena colam uberemque segetem. p. sperare fas est,
quis credat ex adversitate acerbissima, dira, humani
cordis laniena aliquam emergere posse honesto volupta-
tis occasionem.

Transitio ad sententiam, seu propositionem christi. Sed
ut cumque stet contra me universi orbis iudicium, dicam
tamen hodie non quidem mea, sed Seneca mixtus authori-
tate, dicam nubem esse tam obnoxiam doloribus calami-
tatem, ex qua herous animum copiosam solitiam messem colli-
gere non valeat. nihil enim, ait Seneca est tam acerbum

ex quo magnus animus. p.

Quinto. duci potest exordium à comuni aliqua opi-
nione, vel consuetudine, vel fabula vel adagio, aut alia
quacumque eruditione. Sic in presenti materia comode illud
duces à perversa hominum consuetudine, cum plerumque
res tantum secundum faciem judicare soleant. hoc v. g.
modo. ea apud plerumque mortalium sinistra consuetudo,
ut in rebus examinandis externa maxime ducatur spe-
cie.

Confectarium. unde necesse est, ut in ferendis judi-
ciis sapius graviter aberrant.

Ratio. res enim prostantiores plerumque pretium, et
vallorem suum subducant oculis; à quibusdam quasi
involucris occultant, quem cum primo statim intuitu
non agnoscant, illas vili pendunt, rejiciunt, contemnant.

Excornatio à simili. Similes illi gallo Ægyptico,
qui cum in fimo roabilem reperisset unionem, eumque
hostro suo in escam molere non potuisset. contemptim in for-
des reiecit.

Transitio ad Hypothesin. atque hoc injuria pro aliis rebus
fere omnibus maxime calamitatibus à plerumque mortalium
irrogatur. cum enim hoc faciem exhibeat asperiores,
illas cane pejus, et argue detestantur ac refugiunt, non

animadvertentes
 amoram vertentes, quantum sub Hispido tegumento ex-
 cellentiam contineant, scilicet sapientes viri de rebus ju-
 dicia ferant, non contenti externa specie in intimos
 rerum recessus penetrant, et remoto, ut ita dicam, cor-
 tice ipsam interno prostantis nucleum rimantur.
 Ita Seneca peritissimè rerum naturalium investi-
 gator, quantum solatij sub amaro oronnarum invo-
 lucro deprehendisset a peste docet saoverissimo effato:
 nihil est tam acerbam ꝑ.

Sexto denique Tal sunt exordiorum modi, quot
 dantur figura nobiliores sententiarum hic vero quam
 plurimum feriant, optatio, dubitatio, apostrophe ꝑ.
 in presenti materia per optationem exordire. utinam
 auditores ea esset omnium mortalium sapientia, ut
 rerum universalium naturam accuratè expenderent;
 n̄ ita profecto illas horrerent, n̄ tunc se infelicissimos
 proclamarent, si quando in ipsam Numinis providentia
 calamitatem aliquam patiantur, deprehenderent enim
 illarum fractq, agnoscerent adversitates n̄ tam fugien-
 das quam amplectendas, et magni Senecæ iudicio n̄
 in viti subscriberent, qui illas fecundas colitis scaturi-
 gines exiffimavit: aliter enim nihil est tam acerbam ꝑ.

De Expositione.

Q: quid est expositio?

R: est sententia explicatio, aut si sit christiana activa,
narratio facti.

Q: quid potissimum in expositione observandum?

R: ut sit brevis, clara, et conformis ad reliquas christi
partes.

Q: quod modis expositio fieri solet?

R: variis: nam primo fieri potest per synonyma quan-
do videlicet aliis verbis, et sententia dictum aliquod
sufas explicatur, et hanc in modum exponeres suscepta
Seneca sententiam si sic diceris v. g. quod dum dixit
magnus hic doctrinae, ac sapientiae Magister, illud ani-
mis nostris persuasum voluit, omnes, quibus humana
vita obruitur, calamitates, n. tam doloribus quam solatiis
plenas et foecundas esse nec timendos adversantis casus,
aut inimicorum insulantium impetus, sed magno, con-
stantis animo suscipienda.

Secundo. si sententia sit propositio universalis,
qualis est nostra in proposita christiana tum potest fieri

expositio, per amplificationem à partium enumeratione.
 v. g: Et hoc quid est sententia illud sapientissimi Jene-
 co judicium fuit, magnis calamitatibus infusa esse mag-
 na generosorum solatia, esse videlicet in egestate quod
 fortem animum oblectat, injuriis admixtas esse deliti-
 as, quibus magni pectoris patientia recreatur, agritu-
 dini voluptatem esse conjunctam, quâ dolores lenian-
 tur, persecutionis sociam comitemque esse quandam dul-
 cedinem, quâ fortes animi malceatulas. f.

Tertio per modum conceptionis v. g: insultet ergo for-
 tuna, tragicas instituat catastrophes, ultimas inten-
 dat ruinas, famam per inimicorum contumelias dilu-
 eret, suadet lamen, persuadetque Jenecca, non cadendum
 animo, non cedendum dolori, hauriendas alacriter aces-
 sibilales, quod si in fontem incidierint animum, non tri-
 stitiam, sed insignem pariant mentis voluptatem.

Quarto per negationem v. g: Ea vero sententia
 noluit Jenecca omnem doloris, et acerbitatis sensum
 mortalium auferre animis, noluit velut factum, vel
 sensu carentia simulata ad inimicorum injurias obri-
 gescere. f. Sed solam virtutis genuina studiose com-
 mendatum voluit, calamitates, tametsi prima fronte

quid eam horrido, ac pleno doloribus sita mentis fortiter excipiantur in motorem sed colitiam magno animo parturiri.

Quinto. si dictum sit tale, ut faciat plures sensus, vel si factum potest referri ad plures virtutes, tunc expressio non incommode per rejectionem institui potest. ut si factum per chriam tractares illudque hoc vel simili modo exponere properes. hoc factum dicent alij referendos animi impetus, admirabatur alij infitum animi robur. Ego vero id unum pro reliquis comendatum censeo, quod. ubi notes vel imrelatum exemplum ad chriam propositam minimè pertinere sed solummodo perhibere, quã ratione factum aliquod, quod plures continet virtutes sit exponendum. neque enim profens Seneca sententia per rejectionem paraphrasticè explicari potest, cum meo ^{nisi, quod ad} iudicio ^{ad} unicum sensum.

Sexto per propositam, qua ipse author inducitur, suam interpretans sententiam v. g. Et vero si medicolositatem illam, quã plerique mortalium animi tempore instantis calamitatis etiam in adeo concuti solent, redivivus à Sepulchro Seneca observaret, quid aliud diceret, quam quod olim sapientissime enuncia- vit: nihil est tam acerbum. non esse cedendum inju-

quibus fortitudo tela constanter excipienda, calamitates, tametsi prima fronte videantur asperso, si tamen penitig confiderentur, si forti animo tollerentur, esse amonias, et uberem solationum suppeditare copiam. Et vel ideo heros pectori ansam, materiamque probere ingentis gaudij.

Denique nota tot esse modos paraphrasis seu expositionis, quot sunt modi dilatandi aut variandi quamvis propositionem. Item hanc partem non nunquam omnino posse omitti, si nempe sententia vel dictum per se clarum, ut non indigeat expositione.

De Causa.

Q: quid est causa?

R: causa est argumentum seu ratio, qua documentum ex dicto vel facto erutum probatur.

Q: unde hoc ratio petenda?

R: Ex locis logicis tam inquam extrinsecis: Item comunitibus et Rhetoricis propriis de quibus vide proprium dialogum.

Q: quomodo ratio hoc seu causa est tractanda?

R: optime facies, si illam redigis ad certam aliquod

argumentationis genus, cuius quamlibet propositionem
 suis rationibus confirmatis, nec in ornatu verborum ac
 sententiarum illustrabis v. g. in presenti christia, quã sua-
 demq; etiam acerbitates verum solatium, solitiam ac gau-
 dium forti animo adferre causam seu rationem huius
 veritatis erueret poterit ex definitione gaudij quod-
 sendo te ipsum quare gaudium adferant in quo ergo
gaudium consistit seu quod est quodrenda.

Atq; cum gaudere nihil aliud sit, quam metu nullo
 affici in perturbatam animi pacem inter omnes for-
 tuna vicissitudines conservare. s. hanc rationem
 in formam syllogisticam redige hoc modo v. g. Major:
 is verè gaudet, qui nullo metu afficitur, qui in per-
 turbatam pacem in quacunq; rerum vicissitudine con-
 servat: Minor: Sed qui quavis adversitates forti
 ac impavida mente tolerat, talis nullo metu afficitur,
 animi pacem. s.

Conservat: Conclusio: ergo talis verè gaudet. iam ad
 elocationem majoris, seu primæ propositionis, quam
 cum expositione presentis christi sic connectere poterit.
Major: Verim sic comuni sapientum suffragio in
 germanam animi solitiam adeptus censeatur, qui

supra metum omnem positus fluctuantes rerum humana-
 rum vicissitudines celsiori animo despicit, cuius amoenis-
 simam quiete mentis melancoliam nubi calamitatum tur-
 bines, nullo fortunae iniquioris tempestate convellere
 possunt. *p.* Minor: necepe est, viri fortis animum etiam
 inter medias calamitatum procellas ingenti cotidia per-
 fundi, utpote, qui metum omnem excutit, qui tela for-
 tunc imparido pectore idosus excipit. *p.* proba mino-
rem à partium distributione v: g: iam vero furestem
 centeris cladibus odium insulet, firmiorem is herod-
 mentis clypeum opponit, bona omnia inimicorum fu-
 ros eripiat, hic nihil perdidisse se putat, quam diu pretia-
 fiores animi divitias conservat; famam calumniatri-
 ces malevolorum lingua involent, videt iste insipien-
 tes vulgi rumores sola rectè actorum conscientia
 solus.

Adjunge complexionem seu conclusionem. Itaque dum
 supra sensum injuriæ, supra metum calamitatis cel-
 situdinem animi exerceat, an n̄ habeat uberem
 inter doloris instrumenta cotandi materiam. *p.*

Secundo causam seu rationem desumere potes à causa
 formali, quod hic nihil aliud est, quam illa honestas,
 quæ reluctat in generosa, et constanti adversitate

Tolerantia.

Si ergo iterum ex te quæris, cur calamitates forti animo excepto afferant solatium, et gaudium, ex hoc loco scilicet causa formalis, hoc prodibit ratio. quia vel maxime honestum est forti ac intrepido animo sufferere quasvis calamitates. iam ut supra datam hanc rationem ad syllogismum redige. v. g. magnum animum nihil magis oblectat, quam id, quod honestum est: at, qui vel maxime honestum est in trepido animo sufferere calamitates: ergo calamitates fortiter excepto oblectant, gaudiumq; afferant. Majorem cum connexione ad procedentia sic profer: Sed unde tanta in calamitatibus gaudendi copia? n̄ ignoratis Auditores! magnanimo pectori id solum maximo esse oblectamentum, quod vera, ac genuina honestas condecorare solet. hoc pro reliquis generosum animum in enarrabili recreat voluptate; hoc forti viro imensum parit gaudium. p. p.

Minorem. Proba ab effectis at ubi majorem honestatem, etiam percussendo singularum virtutum ordinem invenire licet, quam in adversitatibus virili constantia exceptis? hoc enim vero pro aliis fere incitamentis

omnibg humanam mentem à vitiiis abstrahunt ad omne virtutum genus planissimam viam sternunt, ac preparant, rerum terrenarum contemptum suadent, in solo Deo fiduciam collocandam ingenerant; ac stabiliunt. p.

Ex orna allegoricis, profecto n̄ inepte illas eodem virtutis diceses, ad quem ^{in nota} anima ^{ut} ita dicam, poliat, et coram Divino aspectu illustrior reddatur. aut n̄ in eis illas pabestram nuncupares p̄d campo ma s̄bio celeberrimam in qua christiani heroes ad imortalem nominis sui gloriam stupenda magna in iudicis perhibent exempla. y.

Mode complexionem. cum itaq; calamitates fortiter excepto tantam pariant honestatem atq; ad acty virtutum eminentiores instimulent, haud esse potest, quin etiam humano pectori magnam ac plane ineffabilem pariant letitiam; utpote cū ho duo velut gemino forores nubo modo queant separari. p. si placet, iterum ulteriq; proba, confirma, illustra, vel etiam amplifica.

Tertio frequentius causam, seu rationem deducere poteris ab effectibg. Si in profenti chyd themate, quo ostendim, quavis adversitates forti ac loco animo excepto gaudium parere ac solatium ex hoc loco hanc causam dare poteris v. g: quia credim ac credere

debent, illas à Deo nobis imitti in signum specialis
amoris. hanc causam seu rationem redige ad Enthi-
mema seu rationem imperfectam. hoc modo antece-
dens. credimus ac credere debemus calamitates à Deo
nobis imitti in signum specialis amoris: consequens
ergo humano pectori merito gaudium afferant.

Antecedens. hunc in modum confice. indubitatum
fidei nostrae dogma est Auditoris, unde genus cala-
mitatum à Deo nobis imitti mortalibus in singularis
amoris Thesaurum. Antecedentis huius primam par-
tem ostendes ex variis scripturae testimoniis, quibus hoc ve-
ritas nobis insinuat. Sic amos cap. tertius legitur:
si erit malum in civitate, quod Dominus non fecerit.
altera antecedentis pars, quod scilicet calamitates
nobis imittat, in signum spiritualis amoris, clare
colligitur ex illis Sancti Pauli verbis ad Hebr. capit.
ubi sic ait, quem enim diligit Dominus castigat.
Item ex illis Apocalypsis cap. tertio. quos amo, arguo
et castigo.

Consequenti pariter da rationem. qualis hoc esse potest
à minore ad majus: illi, quibus functiones difficiliiores
et periculosiora negotia etiam cum discrimine à regi-
bus et Principibus committuntur, soepe non leve gaudium
ac animi solatium concipiunt, eo quod exinde cog-

noscent, se magnorum principum favori gratiā, quid
ergo christianum pectus gaudeat, quo nō quanto solatio
perfundatur, si à supremo coli, terrōq; Dominō adven-
sitales sibi imitti indubitato credere potest ac debet,
idq; in signum specialis amoris ac benevolentis: ac in
si fieri posset eō majorem hi concipiant solitiam,
quo major Deus est terrenis potestatib; .p. hoc evadit
funt, et intra cancellos inventionis adhuc inclusa, ergo
da exercitij gratia cum debito ornatu eloquere.

Quarto ab effectis. quod fieri potest vel erame-
rando plures effectus, vel proponendo unum duntaxat
ex plurib; probantiorē quā ratione hanc rem primo
modo conficias, docebit Dialog; de amplificatione,
Item locus ab enumeratione partium.

Secundo modo hanc partem optime absolvet confici-
endo iterum Syllogismum vel Enthimema, iuxta for-
mam sopius insinuatam. deniq; ergo in presenti chria,
quā ostendit calamitates fortiter toleratas parere
gaudium, ab effectis hanc causam seu rationem, quia ca-
lamitates forti ac generoso animo tolerato nō modo apud
homines, sed, quod majus est, etiam apud Deum homini
imortalem pariunt gloriam.

fac exinde Syllogismum vel Enthimema illiusq; partes
ut supra proba, exorna, illustra, amplifica.

Quinto à comparatione v. g. victoriae militaris.
Magnam parit letitiam victoria ab hostib; repor-
tata; et quanto acrig fuit in prolium, quanto plus
laboris et periculi suberendum, tanto amplius est
gaudium, quod inde redundat. ergo erit etiam infig-
ne generoso mentis solatium, calamitatem; quam alij
ita timent, et cui tot succubuerant, pedib; suis, ut
ita dicam subjecisse ꝑ. quam materiam si probares,
et congruis figuris, periodisq; exornares non mi-
nus ac superius hanc christi partem absoleres.

Q: quomodo hoc pars cum priore connectitur?

A: duob; modis. primo per particulas causales, qua-
les sunt: enim, etenim, enim vero, nam, namque,
et rectè, et cur ꝑ. Item per has, quae priorib; sunt
suales, et rectè, nec immeritò, et sapienter profecto
nec abs re, nec sine gravi causa.

Secundo. per transitionem majores, quae una, al-
terave periodo consistere possunt. Sic in presenti
christi causam cum expositione hoc modo connectere
posses, poterat id sane dicere, qui noverat, quanta

in rebꝯ adversis forti animo tolleratis, honestas relu-
ceat; quodqꝯ ut aspereres, n̄ leve rationis momentum
habuit vir Sapiensissimꝯ.

Q: quid ultra circa hanc chris partem est obser-
vandum?

R: posse etiam per figuram prohibitionis plures
afferre causas, illiqꝯ successivè prolatis tandem in
una sisti, quo deinceps dilatetur et juxta reliquum
chris corpus formetur.

Â Contrario.

Q: quid est contrarium?

R: Contrarium est id quo sententia vel factum vel documen-
tum exinde erutum, vel ratio in causa allata, simul ut-
runqꝯ probatur oppositum. Itaqꝯ primo videndum, quid
illi virtuti, quod dictum vel factum suadent, quid illi
vitio, quod dispuadet quid rationi pro causa allata, quid
deniqꝯ dicto vel facto aut documento ex illis desumpto sit con-
trarium et oppositum, ut si v. g: suaderes in adversis, pa-
tientiam, quam dictum, vel factum aliquod infirmat, ac
intendit, tunc in contrario dispuadere deberes patienti-
am. si rationem in causa dases, idè v. g: patientiam

amplectendam, quia erumnas leves facit, dicere deberes
in contrario quod impatientia erumnas graviores faciat.

Q: unde materia contrariorem desumenda, et quâ rati-
one tractanda?

R: Contrariam tractari potest, deducimus in presenti chris
rationes in contrario quod in parte procedenti causas
posuimus. Prima ergo fit à definitione tristitid, cum
prima ratio in cãusa allata, pariter deducta fit à defini-
tione gaudij. Est autem timore tristitia seu quod idem
est, tristari nil aliud, quàm continuo timore et variis
perturbationibg subjacere. ut vero argumentatione
à contrario bene instituas, pone ad initium propositi-
onem complexioni seu conclusioni in causa posito contra-
rium. hinc quia complexio in causa fuit sequens:

Itaq; magnus animus habebit magnam in adversis lo-
landi occasionem: hanc pone contrarium: contra vero
imbellis animi in quacunq; calamitate sumam reperiet
tristitiam, tum proba hanc propositionem ratione ex de-
finitione petita; quodq; ut ordinatus procedat, resq;
magis dilatetur, redige illam, ut supra dictum est, in
formam syllogisticam hoc modo: Ille tristitid obnoxig
est, qui continuo timore sublebitur, et variis animi

perurbationibus subiiciat: atque talis est calamitatum im-
paciens, ergo iste tristitio obnoxius est.

Minorem proferes cum connectione ad propositionem
contrariam hanc vel simili ratione. An non enim illud
maiori obnoxium dicitur, qui continuo calamitatum
metu premitur. p. p.

Dillata per sensus synonymum quem fortuna severi-
oris malignitas ex animati quem vel frangit iniuria
aut rerum prosperit iactura. p.

His subjunge minorem. atque huius generis sunt imbel-
les; maculofis, in terram objecti, passionum suarum
ferri erumnarum impatientes animi. p.

Hoc proba à partium enumeratione. Erimvero im-
petunt iniquis contumelias famam omni constringun-
tur acerbitate iniuriis. prostravit stantem in cam-
pis segetem inclementior aëris intemperies, ita dolore
transversum reperiantur, ut crederes insanire: effregit
lumentes congestis thesauris arca, furum repacitas; fu-
periqque lamenta! qui fremitu! quo vociferationes!
abūt in dustum repentino domus incendio lum in constabi-
li morore vix n contrabescant, vires atterit morbi vio-
lencia naly Codalirig dejectam desperatione animam re-
vocabit p. p.

Adve complexionem si lubet, itaque sine morose vitam

transigere nequeunt, quicunque imbecilli sunt animo, et
malis suis inferiores, cum interea generoso mentis ex ipsi-
rerum tristissimarum acerbitatibus ingentis latitudo oc-
casione reperiant. §. p.

Secunda Ratio deduci potest ex opposito honestatis
fortinet in honestatem, adeoque cum supra hanc rationem
pro causa attulerimus, quod ideo calamitates fortiter
toleratio humano pectori adferant solatium, quia
magna in iis relictet honestas, quod vel maximum gene-
rosam animum oblectat: Nunc in contraria parte di-
cere poteris, quod imbelles animi ideo nullum in ad-
versis sentiant solatium, et gaudium, quia in iis, sicut
et rebus aliis fere omnibus non querunt honestatem sed id,
quod solum sensibus gratum, ac dulce videtur, quod vel
maxime in honestum est.

Hac exinde cursus Enthymema: imbelles animi in rebus
fere omnibus solummodo querunt inhonestatem, hoc est id,
quod sensibus gratum est. Ergo non mirum quod in adver-
sis nullum sentiant solatium, vel si placet construe syllo-
gismum. ubi tantum queritur id, quod inhonestum est,
seu id, quod sensibus placet, ubi non potest dari verum gau-
dium, atqui imbelles animi in rebus fere omnibus, tantum
querunt id, quod inhonestum est, seu quod sensibus placet,

ergo jam hoc Enthymema, vel Syllogismum omisso majori
 hoc modo elabora. Minor seu antecedens. At vero cum
 moles, et ingravi plerorūq; mortalium animi in rebus fere
 omnibus non honestatis rationem, sed id solum quod sensibus
 gratum, jucundūq; corpori est, querant, et spectent. p.
 Conclusio, seu consequens. Mirum non est quod ita horreant
 adversitates, quas vel amaras oculis vel acerbitatibus
 obnoxias experiuntur. p. p. imo prodigio par videri
 potest, si quam ubi in re, quantumvis prospera lotitiam
 capere queant.

Ratio. quid enim, hoc in terra tam ex omni parte
 beatum, cui non aliquid, aut periculum, aut malifermen
 adiunctum, quo sincera voluptas, quam non acris comitetur
 acerbitas? unde ille bene cecinit. amara sicut rosas,
 mella legunt apes. hic excursus placet, ostendendo ut
 heri per enumerationem partium. Nihil haec in vita
 esse tam jucundum cui non fel doloris sit admixtum.
 Nullam ergo invenient genuinam voluptatem, qui contemp-
 tū honestatis ratione, inania solum in rebus humanis sen-
 su oblectamenta scrutantur: sola quippe honestas pul-
 cherrima, et ab omni acerbatis foce repurgata volup-
 tatis Mater est. nam cum ubiq; heri sekeretur animi habe-
 bunt, quo vel inter ipsos rerum adversarū tumulibus recreantur. p.

Tertio erui potest ex apposito tertio causa, seu rati-
 onis supra abato, quod desumpta fuit à causa efficien-
 te: unde quicquid diximus, magnis animis, vel ex eonomi-
 -ne gaudium, ac solatium in adversis provenire quod
 fiat à Deo imitti tanquam donum specialis amoris;
 hic formabis hanc anacum ratione sua opposita pro-
 positionem contrariam dicendo: pusilli animi ho-
 mines ideo in adversitatibus nullum sentire solatium
 et gaudium, qui Deum non agnoscunt authorem calamita-
 tum, neque credere volunt illas ab ipso sibi in signum
 specialis amoris imitti. Fac inde Enthymema: pu-
 silli animi homines Deum nec agnoscunt authorem
 calamitatum, nec credere volunt illas ab ipso sibi in
 signum specialis amoris imitti: Ergo non possunt in illis
 aliquod solatium, ac gaudium sentire. sic elabora.
 Sed non est tam perspicua infirmis oculorum acies, ut,
 unde calamitatum omnis series sua ducat principium,
 discernant: abjecti in terram ultra sensum, et rerum huma-
 raram conditionem intelligendi vim non elevant. a seculo
 tenebris ad Divina concutientes talis, neglectis rerum
 omnium autore Deo malorum quibus pre nuntur, origine,
 aut fortasse iniquitati aut inimicorum potentia nocen-
 digis studio adscribunt. Consequens. Quare miran-

dum n̄ est, si solatium illud in rebus adversis, quod magno mentes repetiant, ipsi n̄ sentiant; si malis suis succumbant, si acris et doloribus, si metu et animi agilitudine conficiantur: nimirum inanes rerum celestium animi solatia earum occurrentiam externa specie detinetur, et si quid adversum illis accidat remedia doloris nesciunt, sed velut eserati cānes in objectum lapidem suam exercent rabiem, ita hi, si quando, vel in fortunio, vel injuria impetuntur, omnem exulcerati sui peboris malignitatem, vel infortunam, vel in hostem vesane offundunt. S.

Quarta sumi potest ab adversitatibus impatienter toleratis, cumque igitur supra dicere potuisses, quod ideo humano pectori calamitates fortiter tolerata gaudium, ac solatium adferant, quia plurimorum bonorum causa, et origo sunt, hic ab opposito dicere potes calamitates, cum impatientia, ac odio exceptas nullam homini afferre solatium, sed meram parere amaritudinem, quia impatienter tolerata plurimorum malorum origo sunt. quod denuo ad Erthyrena reducendum hoc modo: calamitates impatienter tolerata plurimorum origo sunt, ergo n̄ est mirum, quod humanam pectus loco gaudij, et solatij meris, maximisque conficiant amaritudinibus.

Antecedens offende per enumerationem recensendo illa
 mala, quae non raro afferant. Sic ergo quod plurimas
 gratias, favores, et Beneficia, quibus alias Deus ob
 patientiam cumulat, impediatur, quod graves poenas,
 iram, ac vindictam Numinis accelerent, quod animi
 corporisque morbos adducant, et tandem planam viam
 ad infernam miseriam omnium Caratrum sternat. y.
 Hoc, et similia postquam suo ordine figuris congruis,
 pulchrisque periodis exornaveris, transibis ad con-
 sequens, dicendo, quod eas propter impossibile sit huma-
 nam mentem tot, et tantam agmine circumfusam pos-
 se aliqua etiam levissimi gaudij, ita, ut dicam, micula
 perfodi. g. Cum vero supra ab uno tantam effectum causa
 deduxeris hic pariter ab uno, eoque principaliori rati-
 onem contrariam deducere poteris dicendo, quod calamita-
 les impatienter tolerato ideo nullam adferant cohibitam,
 quia foetissime ad tanta, tanque inormia peccata dispo-
 nunt, quae hominem ad aeternam trahunt ruinam.

Confice ex hoc rursus Enthymema adversitates
 impatienter tolerato non raro ad tanta peccata disponunt,
 quae aeternam adferunt ruinam: Ergo nec minimo solatio
 in eiusmodi impatienti animo esse potest.

Antecedens proba per enumerationem. Inde enim diffi-
 dentia in Deum mormuratio contra superos vindicta,
 cupiditas, desperatio, seu ipsius homicidium Demonis
 imploratio. p. Quodque omnia tanto sunt malitia, ad
 quodlibet ex iis occum deinceps, et nefcio, quas
 gravissima, à Deo justissimo vindice infligenda. p.
 Consequens. ex quibz igitur nemo n̄ videt, quanto peccato-
 ris caniera, et assidui mororis acerbitas suboritur,
 in eo, à quo hoc, tantazq; mala versantur in animo, et
 cui tam gravia supplicia, quae ipsi eminent semper obij-
 untur oculis.

Quinta ratio fit pariter opposita comparatione victo-
 ris v. g. contra vero si vinci ab hoste, et sub iugum
 mitti, n̄ solum magram ignominiam, sed sumam etiam
 tristitiam pariat, erit procul dubio n̄ solum hominis
 dignitati dedecorsum, sed etiam maximi mororis
 occasio per adversitatem robore et viribz exarmani,
 doloris impotentia succumbere, Clypeum et arma abijce-
 re, vitas injuris manus tradere, malis suis sese infe-
 riorem profiteri. p.

Q. quomodo fit transitio à causa ad contrarium?

R. Brevis. Simpliciter per particulas contra et talem

significantes, quales sunt, contra, verò, at verò, aliud
plane, seu tamen aliter, tam longe se res habet,
sed ñ est iis hoc in adversis facilitas. p.

verum hoc mentis solatium iis tantum obvenit, qui
magno sunt animò, nihil simile expectandum metico-
lophis.

Secundo, per figuras nobiliores, sic in presenti christi-
a causa ad contrarium progredi poterit, vel per excla-
mationem: ò igitur felices illos, qui quavis calami-
tates forti animo suscipiunt! at ò miseros, qui iisdem
succumbunt, vel per apostrophen: v: g: iam vero ad
vos, ignavis, imbelles animò, se mea convertit oratio, ad
vos, inquam, quò ad primum etiam levioris adversitatis
impetum procipites ruibis. p. vel per conceptionem v: g:
sed fit hoc magnarum mentium felicitas, vel ex ipsis
adversis fortibus casibus magnam voluptatem evadere p.
imbecilliam animorum hoc vitium est, in rebus adversis
nullum tristitio modum invenire. p. vel per optationem
v: g: utinam hanc generosarum mentium felicitatem sepius
animo perperderent ii, qui ad omnem calamitatis incur-
sum metu vix non exanimarentur; discederent procul
dubio, vel inter adversa mentem erigere, vel dolori

suo non adeo se totos permittere. p.

Q: quid pro conficienda hac christi parte alteris notandum?

R: Preter ea, quae dicuntur de contrariis in dialogo de locis topicis hoc sequentia notabis.

Primo: si christi scopus vel sententia, quae expositione non indiget, sit propositio simplex affirmativa, addes illi contrariam negativam. ut: si v. g. hanc sententiam Charitas Dei est virtus virtutum, ut habet Petrus Celsus lib. 3. Epist. 11. per christum tractare velles, tunc illig contrariam bene produceres, tibi disquirendam esset, quid charitati, quid virtuti contrarietur; et ubi inveneris, odium illi, et isti peccatum opponitur dicendum: ergo odium Dei, est peccatum peccatorum.

Secundo si propositio sit composita, in utraque compositionis parte, procede ut in simplici e. g. sit hoc sententia: line charitate Dives pauper est, seu, quod idem est, Dives, qui charitatem non habet, pauper est. hic oppones sequentem: cum charitate pauper Dives est.

Tertio. in propositione absoluta, in qua invenitur vox nihil, omnia, aliunde, an sit de materia necessaria seu

tantum contingenti, si sunt in necessaria, tunc nihil
 vertitur in omnia, et omnia in nihil. unde quia illud
 sancti Pauli absolute, et obiecti Divini Autoritate
 infallibilem necessariū verum est, diligentibus Deum
 omnia cooperare in bonum, hoc modo vertes in con-
 trariam: Deum non diligentibus nihil cooperat in
bonum. Et illud Divini Petri Damiani serm. 30.
Nihil amanti difficile, sic transferes in contrariū:
omnia non amanti difficilia.

Quarto. Denique notabis in figura interrogationis
 particulam n esse affirmativam et pares diendi formu-
 las duplici modo verti posse in contrarias. primo.
 enim ibas convertere potes in suam subjectam, secundo
 in formam contrariam: esto exemplum illud Petri Ceden-
 fis lib. 1. capit. 19. interrogatio: quid n̄ potest chari-
tas? quod est, ac: omnia potest charitas. si iam juxta
 primum modum vis argumentari à contrario, dices:
Ergo quid potest iste, in quo n̄ est charitas? hoc est, homo,
 in quo n̄ est charitas potest nihil. quam dein voculam
nihil in parte contraria expones, et dilatabis per enu-
 merationem referendū: omnes salutis aeterno vias,

sex omnes virtutes, et dicendo, quod in nulla n̄ modo nullo
 progressum, sed nec initium in uia facere possit, cum in-
 possibile sit, ut quis sine charitate actum virtutis elici-
 at, qui ipsi ad beatitudinem consequendam immediate
 conducat. si vero secundo modo progredi cupis, dices
 simpliciter: quid potest odium. hoc est, odium nihil
 potest. p. sed de hac propositionum conversione, plura
 docebit dialectica.

^Â Simili.

Q: quid est simile?

R: simile est id, quod cum alio, licet sit naturā diver-
 sum tamen in aliqua proprietate seu qualitate videtur
 habere convenientiam. unde similitudo dicitur quoddam
 rerum, naturā diversarum, inter se collatio in aliqua
proprietate, seu qualitate, in qua convenire videntur.
 Et licet hæc proprietates seu qualitates n̄ adquatè semper
 conveniant, cum, ut dicitur, omnis similitudo claudicat,
 tamen eò illustrior erit similitudo, quò minor fuerit re-
 rum convenientia.

Q: unde petuntur similitudines?

Q: Ex tota rerum universitate. vide dialogum de locis topicis ubi fusi de similibus, item dialogum de tropis, ubi de metaphora.

Q: quot modis similitudo effertur?

R: variis: primus, et communissimus locus est, quo una et simplex res per prothesin in comparationem adducitur, et altera, quae huic comparatur, per apothefin annectitur. quod fit per particulas quemadmodum, sicut, ita, pari ratione, modo, pacto &c. ut: si dicas in christo profenti: quemadmodum generosus miles, ad conspectum hostis non expalescit, sed inter ipsa vitis discrimina lectus incedit; si pugnandum, exultat; si scandenda hostium murorum munimenta, ab aciebus scalas admovet; si proliandem inter densatos hostium acinaces rapitur in molem fluminis, si toleranda fames, aut superando viam angustiam, non frangitur animo, si in acie vulneratur, non ingemiscit, nec aliorum pereuntium ferretur lamentis; non iterum arduum esse iter ad gloriam, vulnera interpretatur honoris insignia, hostilem sanguinem dignum martio pectori purpuram; imò tanto se formosiores ac gloriosiores se existi-

mant. quanto magis se bellico pulvere viderit fœdido
 pari ratione magno animo cupiditatem suam do-
 mitiori, ea, quæ æstis videntur aspera, cum parent,
 iucunda: erimvero dulce est illi, ad sua fortitudi-
 nis experimentum cum hostibus colluctari, adversita-
 tes inbeligio; dulce illi inter inferos calamitatum
 illosum consistere; dulce dignum Deo, et hominibus
 de sua constantia spectaculum exhibere. certè suas
 ostimabit delicias, cum iniquioris fortano acerbis-
 tas exorberenda; suos interpretabitur plausus, cum
 iniurias fortis decoxerit animo. p. p.

Secundo. comuni aliquo dicto utriusque convenienti
 prothefis, et apothefis non raro concluditur, ut in
 chria subiecta: quod auram in montibus, hoc est ca-
 lamitas in viri fortis animo: utrumque asperam
 superficiem, sed sub rigida face utramque pariter in-
 gens, pretiam occultat.

Tertio. aliquando prothefis miscebitur cum apothefi-
 v: q: veteri Syllanorum ioco calamitatem non abfimi-
 lem dixerit: illis qui petram induci faciem occurren-
 tibus subito Dei sui simulacrum recluserant ita sub-

ubi patabatur non solum, sibi repentina reclusione mox
 Divina comprobaretur imago, hinc tristem exhibens faciem,
 cum generoso viris exopto fuerit animo, de trahita morosis
 et asperitatis larva, subito hilarem ostendit faciem,
 huius intuitu et ipse, qui calamitate premitur, si tamen
 premitur et non potius demulcetur, sine modo recrea-
 tur. p.

Quarto quandoque in prothesi particula similitudinis
 significans omittitur, et tunc solum in apothesi ponitur,
 quo tunc cum prothesi annedit, uti in presenti themate
 dicas, habet quid amar^{um} nuc, corticem, quem si morfu
 tentaveris, dentes obstupescunt, at si raptu cortice nu-
 cam recluseris, dulcem invenies nucleum: ita ad versitas
 licet prima fronte videatur profere acerbitatem, si tamen
 internam illius prostantiam accuratiori indagine fueris
 scrutatus, nobilissimos fructus reperies, ex quibus hone-
 stissimam generosus animi voluptatem capere poterit.
 Quinto per collectionem seu congeriem similium, quod
 iterum tribus modis fieri solet.

Primo per Metaphoras conglobatas quo tantum simpliciter
 dicitur offeruntur v: g: in presenti themate. nimirum

aurum est calamitas, ut eoque eadem videatur habere ses-
 riam, latet tamen sub rigido tegmine pretiosas venustas,
 Iris est, tunc amoenissimos vesficoloris lucis suo diffundens
 radios, cum fordidam nimbis tempestas è celo imminet.
 Crysolithus est, in tenebris latentem lucis dignitate
 clarig manifestans . p.

Secundo per modum argumentationis ab inductione v. g.
 trahit sua quæque voluptas, quo rebus etiam asperis quandoque
 acerbis eximit; sic inter pericula letus exultat
 miles; sic inter tempestates imparidq decussit inflator;
 sic fero cupidq venator dulcis sub sole frigido excubi-
 as agit; sic alacritatem athleta pugnantem addunt vul-
 nera p. quid mirum ergo si viri in vicis aring volupta-
 tatem ex adversis capiat, si, quod visum est, nocendi vim
 convertat in alimentum letitio, si dulcis sibi tristitia
 rerum acerbitas, si gaudeat iactari calamitatibus, quas
 novit Lydios virtutis suo lapides et divinis benigni-
 tatis munera.

Tertio per modum conceptionis v. g. quod cum ita fiat,
 dicite vos calamitates optabiles ventorum turbines, qui
 maturiores arborum fructus decutiunt . p. p. dicam ego

illas petiosas maris tempestuosi procellas, quae conchas na-
 tiva unionum domicilia e fundo ad litus eieciunt. §.
 qui modus etiam sic affertur solet v. g. quare si vos aduer-
 sitates ventos dicitis qui §. ego appellabo procellas. §.
 vel etiam sic: dicite vos aduersitales ventos, qui §. dicite
 procellas, quos §. hoc ubi dixeritis, pulcherrimis omnino
 coloribus calamitatum comoda expressistis sed liceat mihi
 non minus eximium eiusdem rei simularum addere. §.
 subjunge dein similitudinem insigniorem, quam fugig
 deducas.

Sexto. per hypotyposin superigallatam de milite simi-
 litudinem, tali modo licebit afferri.

Proponite vobis oculos laudis avidum, et animi ge-
 nerosioris militem, videte, ut inter media pericula
 inter ictus discurret, ut micantium gladium fulgore
 heroici pectoris excitebitur ardor. §. §. i sed dum mili-
 tem inter bellona furiosos tam letum, tamque animo-
 sum conspicitis, cogitate vos veram ac genuinum viri
 fortis in aduersitate bene compositi concipite simula-
 crum: quid enim est, quod huic instantiam infringere,
 quod metum incutere, quod animi pacem turbare
 queat. §.

Septimo. Denique per alias figuras nobiliores, ubi tamen notandum, eas parè et n̄ nisi in materia grati usurpandas, tali scilicet, quod eiusmodi ornatum desiderare, ac admittere videtur: qua de re iudicium consuli debet.

Q: quibq; formulis hoc parè cum contrario connectitur?

Q: hoc ex allatis exemplis desumeret nec n̄ alijs autoribq; quid passim similia afferunt.

Q: quid ultimo notandum?

Q: proter ea, quod inter loca topica de simili dicuntur, hoc ^{unicum} nimis, postè scilicet loco similitudinis etiam comparationem vel parabolam adduci: non enim hic similitudo tam succinctè sumitur, ut parabolas, et comparationes excludat.

Sic etiam hac in parte pro simili non raro instituitur collocatio à dissimili. ut si dicas in christa profenti: Non est ea calamitatis, quod pomorum, ut vocant Sodomiticorum rabis. hoc pulchro et formoso tegumento redolentes, infamo pentapolis Eustum ~~et~~ cineses contegunt, illa sub rigido involuero miram scrutantibq; exhibet suavitatem: similem potiq; dixeris illis, quod divinarum litterarum comendavit auctoritas, tabernaculis cedit, in quibq; sub hispidis caprarum pellibq; aurea, seraphinorum effigies, et totum

veteris testamenti instrumentum calebatur. g.

AB EXEMPLO.

Q: quid est Exemplum?

R: Exemplum est factum vel actus alicuius personae vel plurimum, qua christi scopus seu documentum in expositione propositum confirmatur.

Q: cum quali parte debet habere connectionem?

R: cum causa, seu argumento, quod christi scopum probat.

Q: unde exempla sunt petenda?

R: ex libris historicorum, qui videntur fide digni.

Q: quot dantur modi illa tractandi?

R: varij. Primum itaque et communior modus est, cum loco prothesis actus historica seu factum proponitur, cui deinde loco apothesis aliquot epithonema adjungitur, v: g: liceat ad confirmandam huius rei veritatem, omisis alijs, unum Tibertium, fortissimum illum christi Athletum in documenti gratia adducere; cuius ut invitam animi constantiam Tyrannus dissolveret, insit eum nudis pedibus per carbones incedere, neque citius imperavit Tyrannus, quam Martyr est exsecutus, insituit colus in substantiam flagrantibus prunis

arenam, et inter adros ignium velut hortenses inter
 amantales delicias, converso ad altionitum rei novi-
 tate Tyrannum, vultu, prout tuus; inquit, mihi rosa
 videntur. ita nimirum verum est, quod ait ^{no}no:
 quidquid viri fortis pes calcaverit, in rosa fiet, faci-
 ens vel inter flamas Zephyri temperiem reperiet, etiam
 inter Chalaridis Tauro beatum se proclamabit; quod aliis
 horridum hoc is annuerat delitius; neque tam acerbum aliquid
 vel fortuito vel hominum malignitate contingere potest,
 in quo non iucundissimum vitrix constantia voluptatem
 inveniat. ¶

Secundo solent sepe numero plura exempla adduci per con-
 generem, quod rursus varie institui potest, primo cum mul-
 ta per figuram proteritionis recensentur, et demum in
 unico sistitur, quod dein fusius cum circumstantiis po-
 nitur. v. g. quod si ad stabiliendam victorum fidem antiqui-
 tatis monumentam scrutari liceat, tantam documentorum
 vel exemplorum abundantiam inveniamus, ut in iis recen-
 sis facilius initium, quam finem reperire has sit. nolo quidem
 hic Colos sua cum paupertate Diogenes, aut jocantes
 inter fortunarum suarum iacturam ^{Scipiones} ~~scipiones~~, aut los-
 quente Tyranno insaltantes Anaxarchos, aut Socra-

les circubam velut Ambrosiam hilariter epotantes, aut
 Aristides ad locum supplicij tanquam ad theatrum honoris
 lato passu properante, aut alia ex Ethnicorum historiis
 hilaris patientis miracula adducere: unum ad exigentiam
 omnino superstitioso antiquitatis fortitudo desu-
 bescat, unum spectare invictissimum Christi Protomarty-
 rem Stephanum, Stephanum inquam, inter summas
 injurias alacrem, inter tormenta videntem, inter saxorum
 grandines inconcussam, impetitur capitantiam intibz, sed
 animi alacritas non excutitur. Cogitur feralis in excidi-
 um innocentes tempestas lamulatur saxorum cumulis,
 sed emicat premi nefaria visus, Stephanus gaudens ex-
 cepit lapides quos noverat pretiosos ad illustrandam im-
 mortalitatis coronam. quare non miror, Eusebium ita
 de illo canere: lapides torrentis illi dulces fuerunt.
 nam magis animus in ipsis etiam dolorum acerbitatibus
 solatia, in tormentis letitiam, in morte copiosam gau-
 dij semen tenet inveniet. p.

Secundo per figuram repetitionis v. g. habent ergo ca-
 lamitates adjunctas sibi solatium, nequidquam tantu-
 miosam, vel fortis, vel hominum iniquitate possess

audire, ex quo vis fortis recreari nequeat. Testis
huic veritatis est Tiburtig, qui inter flammatores purnarum
ardores velut inter rofas deliciabatur. Testis est
Stephanus, qui fatalem lapidam grandinem n̄ secus ac
pectusam auri gemarumq; pluviam excepit. Testis
est Laurentius, qui in candente craticula velut in olo-
rino Lecto prodigiosam invidie mentis constantiam per-
hibuit. Testis est. f.

Potest hoc repetitio etiam fieri per apostropho. v. g.
vos ego hū gloriosos christi athletes, vos vestro sangui-
ne purpuratos Heroes apello, et primo Te Martyrum
primicerie hōbreorum perfidio gloriose detriumphator
Stephane, qui. f. Te Laurenti Animi fortitudine
et muneris dignitate Stephano n̄ inferior, qui. p. Te
deniq; Roma Calesis Cartuaricnsis Archi- Episcopus
Sanctissime, ac Benedictini ordinis clarissimum fidus
Te, inquam, contestor, equando majus habuisti solabi-
um, quam, cum decumanis calamitatum, injuriarum, ac
calumniarum fluctib; ferociente in caput tuum Hen-
rico Anglio Rege, agitaberis. Meministi de ita celesti-
bus redundans delictis, ut etiam, dum ulting attentato
mortis turbo instabat, pro Deo, ac Calesis civitatib;

vindicandis, vitam, ac sanguinem cum gaudio funderes.

Aliquando referuntur plura exempla sine figura apostrophes aut repetitionis; idq; fieri solet stylo conciso, et elo-
giali, adhibitis Antheisum argutis, et acuminibus, de
quibus vide dialogum de stylo acuto.

Tertio unum deinde exemplum variis figuris deducitur.
v: g: quod ne speciosius à me, quàm verius dictum putetis,
placet in Iesum adducere ipsum gentium Apostolum, ac vas
electionis Divum Paulum, dicite, quis unquam morta-
lium majoribus iactatus adversitatibus, gravioribus op-
pressus curis, pluribus circumfusus periculis; contra
unam oculos et idolatria, impietas et invidia, suspici-
o, et ignorantia, audacia cum zelo, sed non secundum
Sapientiam, fecerant impetum. oculos occultis Machi-
nationibus, ut incautum everteret; idolatria a pestis
infidus, ut vitam eriperet; impietas insanis furoribus,
ut constantiam elideret; invidia falsis criminationi-
bus, ut in eum odium concitarent; suspicio iniquis
mendaciis, ut famam violaret, ignorantia facilitate
credendi, ut conceptam doctrinam celestis opinionem
extingueret; audacia catervis et vinculis, ut libertate
sollet; Zelus facere pietatis, ut fidem auctoritatemq;

abrogaret. Quoties dum vitia carperet, retulit ves-
 fera; dum errores conuelleret, excepit calumnias; dum
 feceret beneficia mesuit maledicta. p. Quoties citatq;
 ad prologia raplatus ad tribunalia, confixus sententiis,
 coniectus in carceres, arctatus in vincula instar parti-
 cidii catenatus. p. Quoties ab amicis desertus, à fami-
 liaribq; proditus, ab omulis circumventus, ab infima
 foete hominum discipus ut stultus: quoties cum ine-
 dia et fidi luctatus, pelago iactatq;, latronum pelibus
 infidiis. p. famosam fabrilibq; officinam mihi imaginor
 Paulum, in qua semper verba, semper sonori paleorum
 ictq; audiuntur. p. Sed nec minime movebat^{ur} is in vic-
 tus herous a ring, ibat inter tempestales insepidas,
 inter injurias lotus, resumpsit omnium ut et tristitiam
 acerbitatem in uberes solationum scaturigines conver-
 teas. Ipsum audite his verbis sua pro dentem gaudia:
 Superabundo gaudis in omni tribulatione mea. adeo
 nimirum verum est, nunquam à calamitatibq; abesse soliti-
 am, si in vitam fortem incidere.

Quarto nonnunquam unum exemplum per Hypothiosin
 fupius representatur v. g. fingite vos oculis inlucris fo-
 bum aliquem, suis eiectum fortanib, orbatum liberis, im-

mersum doloribz desertum ab amicis, expositum infimo
 sanguine in arena, in qua cum aduersitate luctaretur.
 fingite vos spectare ulceribz toto corpore deformem, se-
 se radentem testâ defluentem ex membris putrefactis sanie,
 nec iam ampliq. hominis simile, sed prostratis viribz, ex-
 esa carne, triste mortis simulacrum. quis credat in tan-
 ta dolorum acerbitate, et rerum omnium desperatione ali-
 quod virtuti ibiq. superfluâ solatium. inuenit tamen
 tot inter calamitatum turbine constans Jobi animi, quo
 invictam patientiam solaretur. quid illud! ipsum quo-
 rite, et cum stupore, quid dicat, audite hoc sit, inquit, con-
 solatio mea, ut affligens me doloribz, non pascam mihi.

Hic sicut et aliis exemplis: optime facies, si per pro-
 pociam horum verborum facies interpretationem.
 v. g. non caro, inquit, quos mihi fortuna struat trago-
 dias; non labor tot rerum aduersarum tempestatibz; n
 succumbo infirmi corporis cruciatibz. f. est, quod mihi
 calamitatis sensum mitiget, quod dolorum vehementiam
 retundat, quod uberem animo consolationem ingerat, ni-
 mirum suavisima Numinis providentia cuius voluntate
 tot me calamitatibz presum intelligo. quam diu me dig-
 num iudicaverit Deus cui meâ cum aduersis lacta digno

spectaculum exhibeam! semper habebit animus, quo vites
 nobores, quo fortiter irideat, quo tot inter orumnas re-
 creatas. p. p. nec credibile Jobum dixisse fortiter, quam fece-
 rit, nam prostrato corpore stabat erectus animus, expro-
 prantium calumnias, ut favores excipiebat. p.

Q: quod modis transitur ad exemplum?

R: fere tot modis quod dantur figuras. ubi notes ve-
 lim, etiam illas transeundi formulas, quo testimonio
 conveniant, etiam subservire posse exemplis. de reliquo
 vide exempla, quo in hac christi parte attuli, et nun-
 quam indigebis transitionum formalis.

Q: quid ultimo observandum?

R: non raro etiam posse per exemplum contrariam christi
 partem illustrari. ut si. v. g. in aliqua christi probares,
 societatem cum bonis esse plurimum utilem, et in contra-
 rio offendis, quam e diverso nociva sit societas cum
 malo, tunc in huius partis confirmationem etiam unum,
 alterumve exemplum juxta modos prescriptos adducere
 poteris quos perhiberes, quam in magna pericula, damna
 et calamitates incidere illi, qui bonorum societatis
 neglectam se se sceleritatis improvi de commiserunt.

Item posse causam et contrarium per exempla probari.
 Sic citatam propositionem poterit illustrari per exempla
 eorum, quibus per societatem cum bonis magna obligit
 felicitas et in contraria parte per exempla illorum,
 qui, cum privis adhaerent, misere perire quod tamen
 omnia cum ornata, ut supra diximus, fieri debent.

À TESTIMONIO.

Q: quid est testimonium?

R: Strictè loquendo nil aliud est, quam sententia, aut
 apophthegma divini vel humani auctoritatis, quo christi
 propositum magis confirmatur. Minus tamen strictè lo-
 quendo nomine testimonij hinc etiam veniunt symbola,
 Hieroglyphica, ritus, consuetudines, gentium leges, pro-
 verbia .p.

Q: quid in presenti christi in testimonium adduci potest?

R: Illud catonis dictum apud lucanum Coetam milites suos
 ad iter difficilium sic adhortantis: Serpens, fitis, ardor,
arsens, dulcia virgati gaudet patientia duris, coctig
est, quoties magno tibi constat honestum. Item alia

aliorum, quid tam generoso mentis ac opiniois fuisse.

Q: quomodo hoc pars est tractanda.

R: Jisdem modis, quibus tractari solet paraphrasis seu expositio. hinc bene tibi imprimere quod supra de hac secunda christi parte dicta sunt, sic juxta primum modum ibi relatam scilicet per sensus synonymos dictam catonis sententiam sic exponere poteris: sentiebat nimis unis et vultate et sapientia prosperis, ipsas rerum adversarum difficultates, quibus ignari terrentur animi esse delicias, nutrimentum glorio. s. et quanto quid durius acciderit, tanto maiorem viro forti solitiam oboriri. p.

Q: an n̄ etiam plura testimonia in eiusdem rei confirmationem adduci possunt.

R: omnino posse etiam iisdem figuris exornari, quod in partium enumeratione adhiberi solent.

Q: quid circa hanc partem specialiter notandum.

R: sequentia, Primo. Inter testimonia selectum esse faciendum, item graviora et christi scopo aptiora, pro aliis eligenda, eaque non modo verborum sono, sed cum ornatu Rhetorico esse producenda.
Secundo. in collocandis testimoniis observandum esse

ordinem testimoniis dignitati rationem habendam, quae
qui sunt minoris auctoritatis remittantur iis, qui sunt maj-
oris. Sanctorum Patrum inter medios, et sacro scriptu-
ro testimonio ultimus et major locus concedatur, ut iis au-
diendum animi moveantur. p. convincantur.

Tertio nonnunquam de pingenda esse dicentis auctori-
tatem, audientis vilitatem statq; conditionis ac tempo-
ris exigentiam.

Quarto auditores aliquando per hypotyposin educendos
esse ad locum v. g. aulam, templum, campum, montem. p.
Et in quo res dicta est, ut sic quasi de loco videatur
dici: quem in finem ferunt figuræ vivaciore sci-
licet apostrophe, prosopopeia, Ethiopeia, ophlatio,
exclamatio. p.

¶ Anomodo ab exemplo fit transitus ad testimonio?
R: Primo. simpliciter per verba similia: cui rei et in-
adstimulatus, suffragatus, fauet, consentit. p. vel per
equivalem: nec ab hac opinione recedit, abluvit
Romanorum sapientissimus Cato, cum: si qua Boetio lu-
cano fides est: / milites suos ad iter arduum his verbis
exstimulat: serpens, fistis, arena. p.

Secundo figurate v. g. per apostrophin. Te nunc apelo humano sapientis, virtutisq; miraculum, Cato. nonne eidem serfisti, dum milites p.

Vel per prosopopeiam v. g. quodsi necdam dictis fidem habetis, audite catonem, qui licet coco gentilitatis errorib; fuerit addict; tamen suffragis suis ea, quod habens dixim milites suos ad difficil; capependam adhortant his verbis confirmat, serperis, sitis. p. vel sic. quando si revivisset cato sua id confirmaret oratione, illudq; nobis inculcasset, quod suis olim militib; vel deniq; per modum fronis v. g. falsa sunt, erravit cato, qui p. erravit Tulig qui p.

DE EPILOGO.

Q: quid est Epilogus?

R: Est brevis totiq; chris conclusio.

Q: quod in ea sunt observanda?

R: duo. primo ut fiat brevis dictorum repetitio. rdo. ut si sit chris generis deliberativi institutus, adhortatio ad virtutem, quam suasing amplectendam, vel ad vitium, quod disuasim fugiendum.

Q: Debentne omnes christi partes repeti?

R: Non, sed illo solum, quo sunt efficaciores, ut sunt causa, exemplum, testimonium, contrarium. &

Q: quod modis repetitio instituitur?

R: Primo possunt dicta repeti in genere v. g. Quare si ratio suadet, si exempla trahunt, si sapientum docet auctoritas. & calamitales n̄ tam marosem, quam lotitiam magno adfessi pectori, quid eas tartopese horreng. Secundo in particulari v. g. itaq; cum adversitas virtutis maximam honestatem parturiat; cum rui similis rigido sub cortice dulcem occultet nucleum; cum in ea viri fortes longe plus exultent, quam inter aulo delicias Sardapalio quis amplig dubitet, quin vera sint ea, quo magni fereis auctoritatis obnix, haterng probare contendit. &

Q: qualis debet esse adhortatio?

R: Directa seu indirecta, directa fit, cum expresse adhortamus profertes ad amplectendās virtutem vel ad vitium fugiendum v. g: in christia nostra. Ergo, igitur, ea de causa. & effi quandq; finistris fortunā iclgerimos vestros percellat, et Numinis sanctissima voluntate, siue disponente, seu permittente, vobis repentina obtingat

Calamitas, mentis vestro reassumite robur, et quid colo
juvenile vestro licet humano vices in adversis casibus
possint generose n̄ ming ac Christiane orbi cum ad exem-
plum ac spectaculum ostendite, ut unacum illis, quorum
constantiam in quibusdamq; et n̄ maximis adversantis
fortuna casib; hodie mecum fuisset admisati, honestis-
simo solitio fructq; colligere valeatis. x.

Directa porro adhortatio non nunquam instituitur, per
modum investive in eos, qui sua in vicla contrarium
facere n̄ verentur. v. g. quod cum ita se habeant, quid
est imbelles, ac offoninati animi, quod adversitates
et n̄ leviores, ino illas, quod adversitatis nomine vix
venire possunt, tanto pere perhorreatis? cur ad omne
malevolentis fortuna impetum tam subito consternami-
ni? Cur tam cito de animi tranquillitate ac solitia
actum esse proclamatis? pudeat vos ignavia limitabilis
vestro abijcite inanem metum obijcite constantem ad-
versis animum. x. et propria discretis experientia
nihil esse tam acerbum. x.

Adhortatio autem indirecta fit, quando auditoris ad
amplectendam virtutem n̄ tam adhortamur, quam lau-
damq; quod eam iam sint amplexi v. g. Caprother vestro
congratulator felicib; auditoris: quib; et natura

generosam indolem, et virtus inconcussam inter ipsos ad-
 verso fortunæ casus concepit constantiam. Vides vos
 eadem vultus immulato serenitate tam tristes, quam
 prosperos rerum eventus excipere. Vides nullum
 vos turbati animi vestigium exhibere, etiamsi moro-
 se, calamitas, iniuria, mentem vestram obruerit,
 sed stare vos inter ruinas fortunarum, imò inter
 procellas invidio sine ullo metu erectas. p. o.
 felices igitur totiq; mortalium generi ad imitati-
 onem proponendi! Habent in vobis sanè, et mulentur
 imbeciles animi, aspiciant abjecti vestro constantis pro-
 totypum et discant vestro eraditi exemplo animi vi-
 res adversis fortiter opponere, ut et ipsi experian-
 tur indubitatum orationis dogma nihil esse tam
 acerbum. f.

290.